

IOANNES CASIMIRVS

Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samo-
gitiae, Liuoniae, Smolensciae, Czerniechouiae, Nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq; Haereditarius Rex

Significamus presentibus litteris nostris vniuersis & singulis quorum interest. Quia nos habentes nobis commendatam integritatem erga nos
Honesti Alberti Placzek dicti Sculteti nostri de Villa Babice Capitaneatus Ospreimensis in singulis Expeditionibus bellicis;
praedictorum, ad ulteriora obsequia eum allicere volentes, omnia & singula Iura & Privilegia eius Super dictam Scultetiam eidem
Seruientia, qua hic pro expressis habere volumus, confirmanda & approbanda esse duximus, prout quidem confirmamus appro-
bamus & ratificamus presentibus litteris nostris, decernentes ea robur perpetuae firmitatis habere, eaq; ipsi & Successoribus eius legitimis
videlicet Joanni & Andra filiis eius seruire. In cuius rei fidem presentes Manu nostra subscriptas Sigillo Regni communi iussimus.
Datum in Arce nostra Cracouensi die xii Mensis Septembris. Anno Domini Millimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo
Regnorum nostrorum Poloniae ix. Sueciae vero x Anno.

Confirmatio Scultetiae in Villa Babice Honesto Placzek
& Successoribus eius.

Albertus Laskowski
Scribe R. M. Secretaria
nostrae

cy
L

1657

1896. IV. 59.

Comptroller of the Treasury

JOHN

H. H.

256

1896. IV. 59.